



## **Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori**

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum, atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus, excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab innumeris mendis repurgata ...

**Riccio, Giovanni Luigi**

**Venetiis, M.DC.LXXIV.**

Praxis Censvrrarvm contra occupntes bona redditus, ac iurisdictiones Ecclesiæ: iuxta formam Bullæ Coenæ can. 17. & Sac. Conc. Trid. sess. 22. can. 11. de Reformatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

latēs verò, & speciales economi, Sindici, vel Procuratores constitui possunt, Butr. post alios notab. in d. c. decernimus: dicit tamen ibi Abb. quod posset eis committi cura omnium temporalium, cum ex hoc non præfint Ecclesijs, vel Clericis nec impediatur se de spiritualibus; & pariter Laici non possunt constitui procuratores ad vendendum bona Ecclesiæ, Butr. vbi supra: dicit tamen Abb. quod laicus potest constitui procurator ad vendendum vnam rem tantum non generaliter, sequitur Dec. ibid. n. 110. qui addit dummodo constituatur ad vendendum cum certo, & limitato pretio, quia tunc videtur simplex exequutor, secus si simpliciter constituatur, & quando procurator constitutus est ad vendendum bona Ecclesiæ, non videtur habere mandatum specialiter, nisi bona Ecclesiæ specificata sint, & secundum Butr. vbi supra non potest laicus deputari collector obventionum spiritualium, pro quo facit text. in c. Sanctorum, in c. hanc consuetudinem 10. quæst. 1. contrarium tenet Abb. ibi, sequitur Dec. n. 116. vbi dicit non obstant dicta iura, quia in illis prohibetur ne oblationes sint in dominio laicorum, & ne in ipsorum vtilitatem conuertantur, secus si nomine Reſtoris Ecclesiæ a laicis recipiantur, vt in vtilitatem Ecclesiæ, & Clericorum conuertantur: non tamen debent laici oblationes positas in Altari accipere, quamuis possint esse custodes Altaris, Dec. vbi supra post Archid. & Domin. in dict. cap. Sanctorum 10. quæst. 1. & etiam laici non possunt deputari operarij fabricæ Ecclesiæ, Butr. vbi supra n. 7. in quo, & si Abb. Fel. & Dec. videantur contradicere; tamen illud fatentur, quod quando cum officio fabricæ, habent etiam præminentiam super Clericos, & habebit potestatem distribuendi redditus inter Clericos, & percipiendi, vt dicit Abb. esse in Ciuitate Senarum, tunc tale officium non potest cedi laicis citra auctoritatem Papæ; atq; adeo non possunt habere loculos pro recipiendis elemosynis in Ecclesijs, cum oblationes debeant cedere ad vsum, & sustentationem Clericorum, & Sacerdotum, text. clar. in c. quia Sacerdotes, c. Sanctorum, c. hanc consuetudinem 10. q. 1. quoniam nec Clerici debent retinere caplas pro elemosynis recipiendis, si scandalum generent, argum. c. secundi de custod. Euchar. nempe si cum reliquijs superpositis, vel cartis indulgentiarum, quod prohibetur in Ecclesijs nostræ ciuitatis Neap. prout etiam non debet permitti laicis in Ecclesia extra ciuitatem quærere elemosynas pro aliqua causa, nisi maturè cognita per Episcopum, l. vnica, C. de medican. valid. lib. 1. 1. 10. de Platea extendit ad Clericos mendicantes, & alia pia loca, respectu quorum non ad Indicem sæcularem, vt in glo. ibi, sed ad ecclesiasticum cognitio spectat, Bart. in d. l. vnica; facit, quia mendicatio istorum sine causa, & necessitate concernit materiam peccati mortalis ex subtractione, quæ inde resultat ijs, qui verè indigent, cap. pastor. p. q. 2. Lucas de Penna ibidem, & Neapoli excommunicantur ipso facto quærentes elemosynam pro alijs sine licentia Curie Archiepiscopalis.

## RESOLVT. CXL.

- 1 Laici non admittuntur in Synodo quando tractatur de correctione morum, at secus si tractetur de negotijs tangentibus ipsos num. 2.
- 3 Substantialia attenduntur.

Laici an sint admittendi in Synodo.

**I**N quadam synodo diocesana dubitabatur coram me, si essent admittendi laici, ad quod respondi, quod Brotr. de synodo p. 2. n. 38. post Io. And. in c. fin. de his quæ fi. a prælat. tenent, quod non admittuntur quādo

Praxis Aloyf. Ricc. Pars IV.

tractatur de correctione morum, aut de negotijs clericorum, quamuis possint admitti quando publicantur statuta edita in synodo prouinciali per c. fin. 18. distin. vel quando tractantur negotia tangentia laicos, Abb. in c. quod super his de ma. & obed. Vgol. in prælud. rub. quotuplex tit. c. 6. §. quoad alios ver. ad quid laici; hoc tamen intelligendum est, vt non debeant interuenire de necessitate, sed de quadam congruentia, quia sufficit, vt laicis nuncientur per clericos ea, quæ in synodo fuerunt ordinata, sicut etiam sufficit, vt curati publicent populo, & ceteris ecclesiasticis statuta Episcopi, prout etiam faciunt Episcopi de statutis concilij generalis, vel prouincialis, qui tamen non tenentur legere tota verba statutorum, sed sufficit, vt tantummodo legantur substantialia, Bald. in c. vltra tertiam de testam. Rot. de synodi part. 3. actu 6. n. 36. & alij recentiores, cum substantialia debeant semper attendi.

P R A X I S C E N S V R A R V M  
contra occupantes bona redditus, ac iurisdictiones Ecclesiæ:

Iuxta formam Bullæ Cœnæ can. 17. & Sac. Conc. Trid. sess. 22. can. 11. de Reformatione.

## RESOLVT. CXLI.

- 1 Dispositio Bullæ Cœnæ can. 17. recensetur.
- 2 Concil. Trid. sess. 22. can. 11. de reform. memoratur.

Bullæ Cœnæ can. 17. quid disponat, & an concordet cum Concilio Tridentino sess. 22. can. 11. de reformat.

**P**RO introductione huius praxis est sciendum, quod foelicis memoriæ Iulius II. siue vt alij scribunt Leo X. addidit censuram in hoc canone contra occupantes bona redditus, &c. Ecclesiæ per hæc verba.

- 1 Quine Iurisdictiones, seu fructus, Redditus, & prouentus ad nos, & Sedem Apostolicam, & quascumque ecclesiasticas personas ratione ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum pertinentes usurpant, vel etiam quauis occasione, vel causa sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expressa licentia sequestrant.
- 2 Cum qua quidem dispositione concordat Sacrum Concil. Trident. sess. 22. de reformat. can. 11. vt ex sequentibus eiusdem verbis apparet, quæ sunt tenoris sequentibus videlicet.

Siquidem Clericorum, vel Laicorum quacumque dignitate etiam Imperiali, aut Regali præfulgeant in tantum malorum omnium radix cupiditas occupauerit, vt alienius Ecclesiæ, seu cuiusvis secularis, vel regularis beneficij Montium pietatis aliorumque piorum locorum Iurisdictiones bonæ, census ac iura etiam feudalia, & emphyteotica fructus emolumenta, seu quascumque obventiones quæ in ministrorum, & pauperum necessitates conuerti debent per se, vel per alios vi vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas Clericorum, aut Laycorum, seu quacumque arte, aut quocumque quasito colore, in proprios vsus conuerti illosque usurpare præsumperit, seu impedire, ne ab ijs ad quos iure pertinent percipiantur, is anathemati, tam diu subiaceat, quandiu iurisdictiones, bonæ, res, iura, fructus, & redditus ad quos occupauerit, vel qui ad eum, quacumque etiam ex donatione suppositæ personæ peruenerint Ecclesiæ eiusque administratori sine beneficio integrè restituerit, ac deinde à Romano Pontifice absolutionem obtinuerit. Quod si eiusdem Ecclesiæ patronus fuerit, etiam iure patronatus vltra prædictas penas eo ipso priuatus existat. Clericus verò, qui nefandæ fraudis, &

Gg 3 usurpa-

usurpationis huiusmodi fabricator, seu consentiens fuerit, eisdem panis subiaceat, necnon quibuscumque beneficis priuatus sit, & ad quaecumque alia beneficia inhabilis efficiatur, & a suorum ordinum executione, etiam post integram satisfactionem, & absolutionem sui Ordinarij arbitrio suspendatur.

## RESOLVT. CXLII.

- 1 Constitutio excommunicans facientem, non includit mandantem, & num. 2.
- 3 Concil. Trident. sess. 22. de reformat. cap. 12. mandantes comprehendit.
- 4 Actus pendet à mandante.
- 5 Mandans sepeliri excommunicatum, incidit in excommunicationem.

An censura contra usurpantes, extendatur pariter contra mandantes usurpare.

**V**idebatur non includi mandantem siquidem constitutio excommunicans facientem non includit mandantem, gloss. in clement. 1. de consanguinitat. & affinitat. Caeteran. in summa in versic. excommunicat. cap. 46. versic. & licet Angel. in versic. excommun. §. 5. cal. 49. num. 5. Tabien. in summa in verbo excommunicatio §. eodem num. 6. Nauarr. in manual. c. 27. num. 52. & in puncto de heret. lib. 5. conf. 4. num. 4. vers. 4. & iam Ledes. 2. 4. quæst. 26. art. 2. dub. 1. Catr. 2. lib. de leg. pen. cap. 7. circa fin.

Ratio est quoniam mandantes non concluduntur in lexcommunicante facientem, nisi exprimat, secundum Nauarr. capitulo 27. numero 51. consil. 34. numer. 2. & consilio 54. numer. 4. de sentent. excommunicat.

Contrariam tamen sententiam putauimus veriorē, & sequendam, nam inter alias conuenientias, inter canonem Sacri Concilij sess. 22. de reformation. cap. 12. & Bullæ Cœnæ cap. 18. est, quod sicut excommunicatio Concilij comprehendit non solum facientes actiones in eo prohibitas, sed etiam mandantes propter illa verba (per se, vel alios;) ita etiam dicendum est de excommunicatione nostri canonis, quoniam licet in hoc canone dicta verba, vt equipollentia non habeantur, habentur tamen infra canone 18. ibi; Nec non qui per se, vel per alios. Qui canon cum præsentibus & tribus alijs præcedentibus copulatur.

Et licet contrarium teneat addit. ad Quarant. in summa Bullar. in verb. bona Ecclesiæ usurpantes; Tamen Tolet. id quod diximus expressè docet cum alijs quos allegat in explicat. eiusdem Bullæ d. canon. 18. num. 6. dicens.

**A**dverte etiam excommunicationem Bullæ extendi ad per se, vel per alios directè, vel indirectè aliquid prædictorum facientes, exequentes, procurantes consilium comprehendere omnia à principio decimæ quartæ inclusiue excommunicationis dictæ, & præterea sub vno contextu copulatiue legitur, & n. 1. eadem ratione similiter ait, extenduntur etiam omnes hæc excommunicationes, vt diximus à decimæ quartæ inclusiue ad omnia personarum genera cuiuscunque conditionis, status, dignitatis, præeminentie, &c.

Actus enim pendet à mandante potius, quàm ab exequire cap. cum aliquibus de rescript. in 6. & tribuitur mandanti Crauet. conf. 134. Surd. conf. 29. lib. 1. & qui mandati ipse facere videtur, vt per plura media iuxta morem, latè probat Nouarius in suo nouo tract. de elect. & variat. fori quæst. 6. a nu. 9. cum sequ. sect. 2. in vltima impress. Neapolitana, vbi alia cumulat: quæ ad id satis accomodari possunt.

Et in materia excommunicationis contra sepellientes excommunicatos in ecclesiastica sepultura locum

sibi vendicat, etiam contra mandantes sepelire, Abb. in clem. 1. num. 11. & Vital. num. 35. de sepulturis siluester in verbo excommunicationibus n. 70. Antonin. variar. resolut. cap. 69.

## RESOLVT. CXLIII.

- 1 Usurpans patrimonium Clerici incidit in censuram Bullæ Cœnæ.
- 2 Patrimonium Clerici habet privilegia bonorum Ecclesiæ.
- 3 Patrimonium non imputatur in legitimam.
- 4 Decima non soluitur ex patrimonio Clericorum.

An censura contra usurpantes bona, & fructus Ecclesiæ extendatur ad usurpantes fructus patrimonij Clerici, ad cuius titulum fuit ordinatus.

**E**xtenditur pariter censura ex Concilio emanata contra usurpantes bona Ecclesiæ ad usurpantes patrimonium, vel eiusdem fructus Clerici, ad cuius patrimonij titulum fuit ordinatus, seu promotus, vt per Vgolin. de censur. in explicat. canon. 17. §. 2. & apud Nouarium in tract. de elect. & variat. fori quæst. 52. in vers. declara tamen suppositam regulam in verbo, inde in censuram Bullæ Cœnæ sect. 2. in vltima impressione Neapolitana.

Cuius opinionis ratio est illa communiter tradita, eo quia vt DD. affirmant huiusmodi patrimonium, privilegia bonorum Ecclesiæ sibi vindicat, vt per glossam in c. Episcopi, de præbendis, cum alijs quos congerit, latè Nouarius forens. qu. 72. lib. 1. vnde de prædictis bonis non soluitur collecta, vt per Maceraten. lib. 1. var. resolut. cap. 88. nec prædictum patrimonium imputatur filio in legitimam, vt latè per Polidorum. Ripam qui refert, ita in Senatu Mediolanensi resolutum in obseruat. 232. Item non soluitur pro eo decima gloss. communiter recepta in cap. tuis de præbendis; latè Moneta alios commemorans in eius tractat. de decimis quæst. 22. a num. 16. cum sequ. nec subsunt oneribus, Antonin. var. resolut. cap. 88. lib. 1. Nouat. forens. quæst. 72. num. 4. lib. 1.

Et ratio supradictæ rationis ex eo colligitur, quod præfata bona ad cuius titulum Clerici ordinantur dicuntur quasi quedam spiritualis merces, & præmium pro seruitijs Ecclesiæ exhibendis, gloss. in cit. cap. Episcopis de præbendis. Fel. in c. Ecclesiæ S. Mariæ de constitutionibus, & ibidem Ant. de Butr. n. 133. Nauar. in conf. 12. de censibus cum alijs per Couarr. variar. resolutionum lib. 1. cap. 4. num. 4. & latissimè videntur, quæ adducit Cened. canon. quæst. cap. 11. vbi etiam, quod clericis interdicitur bonorum alienatio ad quorum titulum fuerunt ordinati ex Sacri Concilij Trident. sess. 21. cap. 2.

## RESOLVT. CXLIV.

- 1 Celans rem Ecclesiæ usurpatam incidit in censuram.
- 2 Usurare rem, & illam retinere parificatur.
- 3 Furtum quis committere dicitur.
- 4 Receptor inquisiti de crimine læsæ Maiestatis qualiter puniatur.
- 5 Causam homicidij dans occidisse videtur.
- 6 Vidua, quæ maritum interfecit priuatur beneficio electionis fori.

An censura contra usurpantes bona Ecclesiæ, locum sibi vendicat in custodiēte, ac celante rem Ecclesiæ usurpatam.

**I**ncidit pariter in præfatam censuram custodiēs seu celans rem usurpatam, ita cōmuniter omnes in cō-

mentariis super Bulla Coenæ c. 18. vnde Menoch. in. conf. 139. n. 6. & seq. vol. 1. scribit non modo vſurpantes fructus, & prouentus Eccleſiæ, aut beneficij, ſed etiam qui retinent, & non reſtituunt fructus, quos ſciunt Eccleſiæ vſurpatos fuiſſe, incidere in cenſuras.

2 Cuius conſuſionis ratio euidentis eſt quoniam in iure pro eodem reputantur rem vſurpare, & iniuſte retinere, vt probatur in c. indigne 12. quaſt. 2. Bald. late in c. ad noſtram de confirmatione vtili, vel inutili, & in conf. 22. vol. 1. allegant communiter gloſ. magiſtram in c. ſi quis Præbiterorum, de rebus Eccleſiæ non alienandis.

Facit, quia is, qui retinet fructus Eccleſiæ animo appropriandi ſibi, & non reſtituendi Eccleſiæ iam tunc dicitur vſurpare, quamuis ipſe non arripuerit, ſed alius c. ſapè de reſtitut. ſpoliat.

3 Sic etiam furtum non tantum iſi dicitur committere, qui furatur, ſed etiam ille, qui retinet, & non reſtituit, prout ita in terminis Alter. in explic. huius can. cap. 1. in fin.

4 Hinc in Regno receptor inqueſti de crimine læſæ maiestatis, eſt puniendus eadem poena qua principalis Nouarius in prag. Regni 1. n. 11. ſub rubric. de receptator. malefactor. vbi propterea notat, quod receptator inqueſti de tali crimine, generali indultu nõ gaudet quoties in indultu illo excipiatur iſi, qui de læſæ maiestatis crimine imputantur, & ita ait deciſu per Collaterale Conſilium ex de Ponte. deciſ. 22.

Dum enim celat, & cuſtodit bona vſurpata, videtur ipſe dare occaſionem non reſtituendi, taliter quod ipſe videtur vſurpationem facere, ex regula quod nihil intereſt an quis vſurpet, vel cauſam vſurpationis det,

5 prout in ſimili nihil intereſt an quis occidat, vel cauſa homicidij det, Rot. Auenion. deciſ. 29. Tuſc. concl. 6. lit. D. quos refert, & ſequitur Nouarius in ſuo nouo tract. de elect. & variat. fori q. 6. n. 9. ſect. 2. in vltima.

6 Impreſſione, vbi ideo firmat, quod ſicuti vidua quæ virum interfecit electionis fori priuilegio priuatur, & perdit dotē, ita etiam ſi ipſa fuerit cauſa mortis viri.

## RESOLVT. CXLV.

- 1 Titulum habere infectum, vel non habere parificatum.
- 2 Aſſenſus Apoſtolicus eſt neceſſarius ad finem, vt in quem eſt facta alienatio non dicatur vſurpator.
- 3 Defectus aſſenſus Apoſtolici facit corrumpere actum venditionis.

An cenſura contra occupantes, ac vſurpantes, locum ſibi vendicat in emente, & ſic detinente bona Eccleſiæ non obſtante aſſenſu Apoſtolico.

Pro ſententia affirmatiua reſpondi in occurrenti facto, ratio eſt, quoniam alienatio cenſetur nulla ipſo iure, iuxta tradita in extrauagante ambitioſa de rebus Eccleſiæ non alienandis, & paria ſunt nullum titulum habere, vel infectum, Bellam. in dec. 393. Guid. Pap. conf. 144. Gram. deciſ. 16. n. 4. Lancellot. de acte. p. 3. c. 24. q. 21. Morot. reſponſ. 59. num. 9. Reg. Valenzuel. conf. 32. n. 78. & 79. vnde talia bona ſic alienata dicuntur in Eccleſiam reuerſam abſque facto iudicis, Tiraquel. in l. ſi vquam in verb. reuertantur n. 134. Cod. de reuocandis donationibus.

Et ex iſis deducitur ſupradictum caſum eſſe comprehenſum in ſpecie, in cenſura inſcripta per Conciliū Tridentinum, vt in puncto voluit Gratian. in deciſ. 150. Rotæ Marchiæ n. 3. & ſequent. vbi his vtitur verbis. Vnde cum huiusmodi bona detineant abſque licentia ſubiacent excommunicationi, quandiu bona, fructus, & res occupatas reſtituerint iuxta terminos Concilij Tridentini ſeſſ. 22. c. 11. & per Iudices ſunt compellendi ad reſtitutionem.

Aloſj. Ricc. Praxis. Pars IV.

Alias eſſet confirmare peccatum in peccato, quod 2 minimè eſt faciendum, & ratio, vt ſupra diximus eſt, nam beneplacitum Apoſtolicum eſt neceſſarium ad effectum, vt in quem facta eſt alienatio non dicatur occupator rerum Eccleſiaſticarum, ex quo defectus beneplaciti Apoſtolici obſtet actui, & faciat illum, 3 corrumpere ſi non accedat ex partium conuentione, præſertim cum clauſula, nec alias, nec alio modo, quamuis illud non eſſet neceſſarium, Rot. comen. locutionis 10. Maij 1690. coram Eminentiſſimo Card. Pamphilio, & Camerinen. tranſactionis 19. Nouẽbris 1694. coram olim Sanctiſſimo Gregorio XV. Quicquid alias beneplacitum non ſit adhibendum, cū intelligatur quādo illud de neceſſitate nõ requireretur. Put. deciſ. 42. & 96. l. 1. Rot. Calaguritan. penſionis 4. Iunii 1597. corā Eminentiſſimo Cardinali Pamphilio.

## RESOLVT. CXLVI.

- 1 Facti ſpecies.
- 2 Colonus corporaliter poſſidet & non præſcribit.
- 3 Præſcriptio 40. annorum datur contra Eccleſiam.
- 4 Locatio rei Eccleſiæ inducitur perpetua, ſi à coloni ſuerit per triginta annos ſoluta vniſormis penſio.
- 5 Coloni reddentes fundos ſteriles fertiles, non poſſunt remoueri à conductione.

An in hæredibus occupantium, qui per 30. annos pacifice, & bona fide poſſederunt, & Canonem ſoluerunt, cadat cenſura ſacri Concilij Tridentini.

1 **F**uit dubitatio mihi propoſita per admodum Reuer. D. Gaſparem Littum Terræ Montis Murri, quod quidam Coloni bonorum Eccleſiaſticorum, eorumque hæredes, per tempus triginta annorum fuerant ſoliti ſoluere certam quantitatem frumenti Reuerendiſſimæ Menſæ Episcopalis Ciuitatis Truicicaricæ, & quoniam nullatenus apparebat, nec aliquo modo conſtabat de contractu locationis, ſive conceſſionis in emphyteuſim inito per dictos colonos, cum prædicta menta, per eandē menſā opponebatur, bona præfata, per illius ſpatij circuli poſſeſſa per prænominatos colonos, ſive eorum hæredes, fuiſſe occupata, & vſurpata, & conſequenter incidiſſe in penas cõtentas, tam in S. C. quā Bulla Coenæ Domini, ex quo cum huiusmodi bona detinuerint abſque licentia, ſubiacebāt excommunicationi, quandiu bona, & fructus non reſtituiſſent, & poterāt Coloni compelli ad reſtitutionē, alias fuiſſet ipſis confirmare peccatum in peccato, quod prohibitum videbatur iuxta tradita per Gratian. deciſ. March. 150. n. 3. Eoque magis ſic videbatur affirmadum, nam Colonus corporaliter tenet, ſed nõ poſſidet, & ideo non præſcribit per text. Clar. in l. 1. c. de vſucap. & quatenus præſcriberet, nõ erāt elapſi niſi triginta anni, per quorum ſpatium aduerſus Eccleſiam, 3 non erat inducta præſcriptio contra quam non præſcribi minori ſpatio quam quadraginta annorum voluit text. in auth. quas actiones, C. de ſacroſ. Eccleſiæ. Afflic. deciſ. 67. Guid. Pap. deciſ. 161. Caſtr. cõſil. 105. lib. 1. Menoch. remed. 15. n. 427. de recuper. poſſ.

Tamen re conſulta cum Admodum Illuſtri Io. Antonio Nouario Canonico Neap. noſtro. Alumno fuiſmus voti prædictos Colonos, eorumque hæredes in nullam incidiſſe cẽſuram, nec fuiſſe locum vſurpationi, imò ex quo per dictos annos triginta a coloniſ fuit ſoluta vniſormis penſio, illaque continuata cenſuiſmus bona fuiſſe perpetuò locatā ex mente text. in c. ad aures cum gloſ. de rebus Eccleſiæ non alien. & ſic in indicando, & conſulendo ab hac ſententia non eſſe recedendum tradit Berous conſil. 98. num. 18. lib. 1. & ſequitur Mantica de tacit. & ambig. conuect. l. 5. tit. 2. n. 18. referēs ſic fuiſſe indicatū in Rotā Romana,

Gg 4 coram

coram ipso tunc Auditore sacri Palatii die 12. Februarij 1588., & tanto magis fuimus moti ad sic consulendum, nam dicti coloni fundos Ecclesiæ steriles, & paludosos reddiderunt fecundos, & propterea non poterant expelli per text. in leg. quicumque la 2. Cod. de omn. agr. defer. lib. 11. vbi Nouarius idem in eius singularibus adnotationibus.

## RESOLVT. CXLVII.

- 1 Fructuum nomine quid veniat, & num. 3. & in quibus consistant num. 6. & qualiter differant ab obuentione num. 7.
- 2 Legatum fructus fundi comprehendit vsufructum.
- 4 Prouentus nomen est generale.
- 5 Redditi appellatiōe quæ veniant.

Appellatiōe fructuum reddituum, & prouentuum quænam veniant ad effectum incurrendi in censuram contra occupantes fructus, &c.

1 **R**espondeo quod fructus pro eadem refumuntur à Bart. in leg. fundi Trebatij per illum textum ff. de vsufruct. leg. & fructus nomine veniunt etiam obuentiones l. vsufructu legato, ff. de vsufr. item factus animalium, lac, & pilus, & lana, l. in pecudum, ff. de vsufr. Item pensiones prædiorum, l. prædiorum, ff. eo. & l. atqui natura §. non tantum in fine ff. de negot. gest. Item vsufructus, nam legato fructu fundi videtur legatus vsufructus l. per seruum §. si vsufructus ff. de vsufr. & hab. Item vsura, l. vsura, ff. de vsufr. Item collatio beneficiorum, quæ dicitur esse in bonis, & in fructu mensæ Episcopalis, vt notant glos. Panor. & alij in c. cum olim de maior. & obed. Item licere obligare, fructus appellatiōe continetur, leg. si fructus rei ff. de reg. iur. & l. fin. ff. de vsufr.

3 Denique fructus nomine veniunt, tam fructus industriales qui producuntur magis opere, & industria hominum, quam à natura, & est frumentum, hordium, & alia quæ ex serendo proueniunt tam fructus naturales, vt sunt illi, pro quibus producendis plus natura quam hominum industria operatur, vt sunt poma, pira, & quæ ex Sylua ceduntur, l. fructus, ff. eodem tit. late Couar. lib. 1. variar. resol. c. 3. sub num. 6. vbi ait relinquendum esse arbitrio Iudicis, quando magis hominum industria, quam ipsa natura, & è conuerso fructus proueniant ad quod allegat Panor. in c. granius de restit. spol. & alios, & tam fructus artificiales, vt sunt pensiones domorum, vt infra dicemus, ex Bald. licet idem Bald. in leg. si traditio Cod. de act. empt. vocet huiusmodi fructus industriales.

4 Sic etiam prouentus est nomen generale ad omnes redditus, & fructus, nam redditus dicti sunt à verbo redeo, quia quotannis è fundo, vel predio ad nos redeunt, seu veniunt: prouentus verò à verbo prouenio, & sic tam redditus, quam prouentus significant prouenientes fructus, tum naturales, tum industriales, tum etiam artificiales, vt sunt pensiones domorum deductis tamen expensis, vt per Bald. in c. cum M. Ferrariensis num. 6. de constit.

Hinc prouentus ex Dyn. in c. pastoralis de donat. aliquando dicuntur spiritualium redditus, vt quarta decimarum oblationum, & similium quæ de multis, aut iurisdictione proueniunt, & moderatum auxilium.

5 E contra verò redditus appellatiōe omnes prouentus continentur, habetur ex Paul. de Eleaz. & Zabar. in clem. vnica de excess. Prælat. Vnde obuentiones sunt reddituum quoque species l. magis puto §. si pupillus ver. querere ergo debet ff. de reb. eo. qui sub tut. & cur. Item census annui veniunt reddituum appellatiōe c. 3. de cens. qua propter dantur agricolæ censiti, idest censuales qui rei tacite annuatim præstandæ

obligati sunt, vt in toto tit. de agric. & cens. lib. 11. & iste census dicitur priuatus ad differentiam census publici, quo alio nomine dicitur tributum, seu publica pensio l. si accipitur, C. si propter pens. public. l. 1. C. in quibus caus. pign. vel Hypot. tacit. contrah. Deum reddituum appellatiōe latissimo sumpto vocabulo veniunt etiam fundi redditus afferentes, vt in auth. vt qui oblig. se hab. §. licebit autem. Immo redditus annui inter immobilia computantur, vt in dicto §. licebit autem, & iubemus nulli §. 1. C. de sacrosanctis Eccles.

6 Quod si fructus, & redditus strictè cōsiderentur differunt inter se, nam omnes fructus consistunt in redditu, vt in l. Paulus §. 1. ff. de vsufr. sed non è contra, quia partus ancillæ est in redditu non autè in fructu, etenim absurdum est hominem in fructu esse cum fructus rerum, natura hominis gratia comparauerit leg. in pecudum §. partus, ff. eo.

7 Idem fructus strictè sumpti differunt ab obuentionibus, quoniam fructus ex re percipiuntur, vt triticum ex agro, poma, & pira ex arboribus, obuentiones autem propter rem, vt sunt pensiones domorum, & his similia, vt per Alber. de Rosat. in suo dictionario in ver. fructus quandoque.

## PRAXIS PROCURATIONIS, quæ Episcopo visitanti debetur.

## RESOLVT. CXLVIII.

- 1 Procuratio debetur Episcopo visitanti, & quid veniat appellatiōe procuratiōis, num. 2. & 3.
- 4 Munera non recipiuntur à visitante.

Episcopo in visitatione, quæ licitè debeantur à visitatis.

1 **C**ertum est, & seruatur quotidie in praxi, quod procuratiōem, siue alimenta illius diei, quo visitatur, pro Episcopo, & suo comitatu visitati prouidere obligantur, vt statutum est in c. 1. de censibus in 6. & in Sac. Concil. Trid. sess. 24. de reformat. ca. 3. vbi quod non epulæ sumptuosæ, sed victus frugalis pro temporis necessitate, quo visitatio expeditur, & non amplius dari debet.

2 Adeo quod visitati solum tenentur dare ea omnia, quæ concernunt victum, scilicet potum, & esum, tum autem alia concernentia necessaria personæ, puta si vellet Episcopus visitator potare medicinam, vel aliqua extra ordinarium victum accipere, quia ad illa visitati minimè tenentur, vt post Zerol. in sua praxi Episcopali in verbo visitatio §. 6. dub. 1. recenset, docet Nouarius in opusculo iuris Pontificij noui conclus. 5. n. 2. sub rubric. de visitatione pag. 281. col. 1.

3 Et non solum iste victus debet dari pro persona visitantis, & suorum familiarium, ac seruorum, sed etiam pro equis, vt dixit Genuen. in praxi Cur. Archiep. Neap. c. 19. n. 12. vbi etiam quod subditi non tenentur ministrare Episcopo visitanti equituras, & sic mercedes equorum, sed solum victualia pro equis, nisi tamen visitator esset prælatus à Papa delegatus, quia tunc deberentur mercedes æquorum, & viaticum de loco ad locum, quod etiam post doctrinam glos. in clem. 2. de censibus, & post Azor. instit. moral. lib. 3. c. 42. quæst. 8. aduertit Nouarius allegata conclus. 5. n. 7. de visitat. col. 2. nec tenentur visitati ad ferraturas equorum visitatoris clem. 1. de censibus, lo: Monach. & Gemin. in c. 2. de censibus in 6. Genue. in praxi Archiep. c. 21. num. 12.

4 Munera autem qualiacunque, & quomodocunque illa offerantur recipere non potest Concil. loco cit. nec quidem commensibilia, vt illa secum asportet, Imol. & Anchar.